

"Dominus pascit me, et nihil deerit". Haec pro certo habeo et haec verba vera esse quotidie affirmo. Atqui tam multarum rerum defectionem per singulos dies experior: tempus, argentum et fortitudo haud raro in diem deficit, numquam autem Deus deficit ipse.

Media autem nocte Deum praesentem recognoscere oportet, quia in me et apud me continuo manet. Deus est. Hoc satis est ut contentus iis rebus, quas possideat, laetus sit.

"Dominus pascit me, et nihil deerit". Hoc quadragesimae tempore oportet omnes magis Deo confidere, quia qui Deum socium habet atque adiutorem, omnia certe possidet.

E.S.